UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sermones de Sa[n]ctis Hyemales, Estiuales, De festiuitatibus Jesu christi, Beate virginis et alior[um] Sanctor[um] ... Venera[n]di patris, fratris Nicolai deniise Ordinis Minor[um] de obseruantia ...

Denisse, Nicolas

[Augsburg], 1510

VD16 N 1513

Prima est [con]sideratio assimilationis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30625

Visual Library

ſtre refectionis edulium.

Tertia cauſa aduētus dn̄i

eſt noſtre ꝓmotiōis vtilitas. Per aduen-
tū em̄ dn̄i ꝓmouet̄ genꝰ hūanū ꝑcipue ad
triplex bonū. vicȝ

Ad bonū honoris ſublimioris.
Ad bonū ꝟtutis ꝑfectioris
Ad bonū ſalutꝭ ꝛ glie amplioris

Primo ad bonum honoris ſublimioris.
Bern̄. in ſer. Si modum venīēdi cogito:
exaltatioñē agnoſco hūane ꝯditiōis. Hec
ille. Mirabilr̄ q̄ppe in hoc exaltata eſt hu
mana natura ꝙ ꝑſonalr̄ vnita eſt ſūme dei
maieſtati. Ideo dr̄ Leo papa ſer. de nati
uit. dn̄i. Agnoſce o chr̄iane dignitatē tuā:
et diuīe ꝯſors factꝰ nature noli in veterem
pctī vilitatē tua degeneri ꝯuerſatōe redi-
re. Secundo ad bonū ꝟtutis ꝑfectioris.
quod maxime declarabimꝰ in tribꝫ virtuti
bus theologicꝭ. Primo q̄ntū ad fidem q̄
maxie certificat̄ ex eo ꝙ hō ipſi deo loq̄ui
credit. Augꝰ. xj. de ciui. dī. Ut hō fidētiꝰ
ambularet ad ꝟitatē: ipſa veritas [...] filiꝰ
hoie aſſumpto ꝯſtituit atqȝ fundauit fidē.
Secundo q̄ntū ad ſpem q̄ ꝑ hoc maxie
roborat̄. Aug. xiij. d̄ trini. Nihil tā neceſ-
ſariū fuit ad erigēdā ſpem nr̄am q̄ȝ vt de-
monſtraret̄ nobis q̄ntū nos diligeret deꝰ.
Quid aūt huiꝰ rei manifeſtiꝰ indicium q̄ȝ
vt dei filiꝰ nature nr̄e dignatꝰ eſt inire cō-
ſortiū. Tertio q̄ntū ad charitatē q̄ maxi-
me ꝑ hoc excitat̄. Aug. li. de cathezizādis
rudibꝫ. Que maior cauſa eſt aduētus dn̄i
niſi vt oſtenderet deꝰ dilectionē ſuā in no-
bis. Et poſtea ſubdit. Si amare pigebat
ſaltē redamare nō pigeat. j. Ioā. iiij. In h̄
appuit charitas dei q̄m filiū ſuum miſit in
mundū vt viuamꝰ ꝑ eū. In h̄ aūt eſt cha
ritas nō q̄ſi nos dilexerimꝰ deū: ſȝ q̄m ipſe
ꝑor dilexit nos. Tertio ad bonuȝ ſalutꝭ
et glie amplioris. Ex hoc em̄ ꝑlibus mo
dis btificat̄ hō. ſ. in viſione deitatis ꝛ hūa
nitatꝭ chr̄i. Nec dubium q̄n ſit hoī btitu-
do magna videre hūanitatē ſic deitati cō-
iunctā: et ſic expiri inextimabilē illam diui
ne charitatꝭ dulcedinē qua deꝰ hominem
dilexit. Augꝰ. ſup illud Ingrediēt ꝛ egre
diēt ꝛc. Ioan. x. Propterea deus factꝰ eſt
homo vt totū hoiem in ſeipo beatificaret.

Hec de ꝑmo ſuꝑius ꝓpoſito circa aduē
tum domini in carne ſcȝ de veniendi cau-
ſalitate.

Sequit̄ de venientis benignitate.

Ecūdo eſt ꝯſiderāda veniētis beni-
gnitas. de q̄ Bern̄. ſer. de epiph̄. Ap
paruerat dei potentia in rex creatiōe. ap-
parebat eiꝰ ſapientia in earū gubernatiōe.
benignitas aūt eiꝰ maxie apparuit in hūa
nitatis aſſumptiōe. In q̄ em̄ magis com-
mendare poterat benignitatē ſua q̄ȝ ſuſci
piendo carnē meā: Quid tātoꝑe declaret
eiꝰ miſcḋiam q̄ȝ ꝙ ipam ſuſcepit miſeriaȝ:
Quanto em̄ ſe minorē fecit in humnitate:
tāto maiorē ſe exhibuit i bonitate. Et q̄n-
to ꝓ me vilior: tanto mihi charior ē. Hec
ille. Quāuis itaqȝ diuine incarnationis
opus ſit opꝰ maxie potētie atqȝ maxie ſapi
entie: ſpeciali t̄n modo attribuit̄ diuīe bo-
nitati ꝛ benignitati ſiue miſcḋie. Hāc aūt
benignitatē dn̄i venientꝭ in carnē ꝯtēpla-
ri poſſumꝰ maxie ꝑ tres ꝯſideratiōes

Prima eſt ꝯſideratio aſſimilationis.
Secunda eſt cōſideratio cōditionis.
Tertia eſt ꝯſideratio ordinatiōis.

Prima eſt cōſideratio aſ-

ſimilationis. Uoluit em̄ nobis aſſimilari
in humanitatis veritate: in nature cōfor-
mitate: et in ipſa natiuitate. Primo in
humanitatis veritate. Ueram em̄ huma
nitatem aſſumpſit eiuſdem ſpeciei cum hu
manitate noſtra. Athanaſꝰ. Perfectꝰ de-
us ꝑfectus homo ex aīa rationali ꝛ hu-
mana carne ſubſiſtens. Secundo in na
ture cōformitate. quia ſm̄ doctores catho
licos confitemur filium dei non t̄m ve-
ram humanitatem aſſumpſiſſe: ſed etiam
de maſſa nobis conformi ſcilicet de gene-
re Adam. Hebre. ij. Qui enim ſanctifi-
cat et qui ſanctificant̄ ex vno omnes. In
hoc certe apparet mira eius benignitas.
quia naturam humanaȝ ſibi inimicam ſi-
bi coniunxit. Fuit tamen huiuſmodi be-
nignitas in chriſto omnino ſine infectiōe
peccati aut cōcupiſcentie: ſed cum plenitu-
dine gratie. Ideo Paulus j. ad Corinth̄.
vij. ait. Factus eſt primus Adam in ani-
mā viuentem: nouiſſimꝰ autē in ſpūm vi-
uificantē. Et infra. Primꝰ hō de terra ter

renus: ſecūdus de celo celeſtis. qđ intelli/
gitᷣ nō ꝓpᷣ diuerſitatē nature ſ ꝓpᷣ differē
tiā ꝯtrū ad q̄litatē ꝟtutis ⁊ vicꝫ grē ⁊ cul
pe ⁊ ꝓpᷣ differentiā ꝟtutis formatiue cor/
pis. ¶ Tertio in ip̄a natiuitate q̄ꝫ ð mulie
re naſci voluit Gal. iiij. Miſit deꝰ filiū ſuū
factū ex muliere. Aug. in glo Nō te moue
at ꝙ ait factū: cū ꝯfiteamur natū. factū ei
nō ꝯfitemur niſi hoīez. Idē Aug. li. ð ago
ne chři. Nolite vos ip̄os ꝯtēnere viri/ filiꝰ
dei virū ſuſcepit. Nolite vos ip̄as ꝯtēnere
femine q̄m ex vobis filius dei natꝰ eſt. Ne
indignentᷣ mulieres ſi ſentiāt ſe nō eē tan/
te dignitatis q̄nte viri.

Scđa eſt conſideratio cō/

ditionis. Eſt aūt circa aduentū filij dei in
carnē triplex ꝯditio marie ꝯſiderāda.

¶ Pria eſt conditio admiratiōis.
¶ Scđa diſcretionis.
¶ Tertia ſublimationis.

Prima igitᷣ eſt ꝯditio admiratiōis. Fuit
em̄ opꝰ icarnatiōis marie mirabile.

¶ Tum ex pte ꝯcepti
¶ Tum ex pte ꝯcipientis
¶ Tum ex pte modi ꝯcipiēdi

Prio ex pte chři ꝯcepti cuiꝰ corpꝰ forma/
tū fuit i inſtanti nō ſucceſſiue vt đr Dam.
Et ſic Augꝰ di. formatio corporis eiꝰ fu/
it pfecte in p̄ncipio ſiue primo inſtanti con
ceptionis quantū ad oia liniamēta mēbro
rū lꝫ q̄ntū ad debitā corpis quantitatē pfi
ceretᷣ ſucceſſiue. Vn̄ ſicut dicit Holkot ſu/
per librū Sapie. Nūq̄ fuit aliq̄s ita paruꝰ
puer in vtero matris ſicut chřs. Itē fuit
opus illud mirabile ex pte marie chři q̄ ab i/
ſtanti ſue creationis plena fuit ꝟtutibus ⁊
grā atq̄ glia. Iō đr Hiere. xxxi. Nouum
creabit dn̄s ſup terram/ mulier circūdabit
virū. i. ꝟtuoſum ⁊ pfectū ſm̄ mētē. Signā/
ter aūt dicit creabit: q̄ꝫ ꝯceptio illa ꝯtrum
ad ꝟtutem opatiuam eq̄paratᷣ creationi.
Itē fuit opꝰ illđ marie mirabile rōne dei/
tatis rōne cuiꝰ ibi ples por eſt mře. Iō in
ea impletū eſt illud Ecci. xxiiij. Qui crea/
uit me requieuit in tabernaculo meo. Ber.
Eternū antiquū ⁊ nouū in eadē pſona mi
rabiliter ꝯueniūt. Eternū. i. diuinitas/ an/
tiquū. i. caro ab adā traducta/ nouū. i. aīa
de nouo creata. Conuenientiꝰ aūt incarna
ta ē diuitas i pſona filij q̄ꝫ i alia: q̄ꝫ ad h̄ fa

cta ē icarnatio vt ſiuꝰ filij dei p grām qđ
ꝯgruū erat fieri p eū q̄ filiꝰ dei eſt p naturā
Aug. li. de tri. Vt hō ex deo naſceretᷣ p̄mo
ex ip̄o natꝰ eſt deus. Oportuit em̄ vt p eū
efficeremur filij dei adoptiui q̄ filius ē na/
turalis. ¶ Scđo fuit opꝰ illud mirabile ex
pte m̄ris ꝯcipientꝫ q̄ ſemp virgo pmanſit
Augꝰ lib. de ꝟginitate. Oportebat caput
nřm inſigni miraclō naſci de ꝟgine ſm̄ cor
pus vt ſigret ſua mēbra ſm̄ ſpm̄ de ꝟgine
etiā. ſ. eccl̄ia naſcitura ¶ Tertio ex pte mo
di ꝯcipiendi q̄ꝫ p opationē ſpūſſcti ꝯcepit
ꝟgo dn̄m. Iō dixit ei angelus Lu. j. Spi
ritusſanctꝰ ſupueniet in te ⁊c. ¶ Scđa eſt
ꝯditio diſcretionis. Aſſumpſit em̄ dei fili
us hūanā naturā diſcrete ſiue ſapientᷣ. Aſ
ſumpſit em̄ bonū nature reprobando ma/
lū culpe Eſa. vij. Vt ſciat reprobare ma/
lū ⁊ eligere bonū. Vt aūt pleniꝰ dicamus
notandū ꝙ filij dei incarnatio facta ē ſapiē
ter in ordine ad tranſgreſſionē reparandā
In ordine ad ſatiſfactionē pficiendā. ¶ Et
in ordine ad nřam eruditionē faciendam.
¶ Primo in ordine ad tranſgreſſionem re
parandā. q̄ꝫ ex diuina ſapiētia factū eſt vt
angelo nunciante filiꝰ dei carnē aſſumeret
vt ſic eēt ꝯformitas reparationis cū lapſu
Beda in omel. Aptū hūane reſtaurationis
p̄ncipiū vt angelꝰ mitteretᷣ ad ꝟgineꝫ ptu
ꝯſecrandā diuino q̄ꝫ prima pditionis nře
cā fuit ſerpens q̄ a diabolo mittebatᷣ ad
mulierē ſpū ſupbie decipiendā. ¶ Scđo i
ordine ad ſatiſfactionē pficiendā p q̄ aſſū/
pſit non ſolum naturā hūanā ſed etiā defe
ctus eius penales gn̄ales quos vicꝫ ſicut
dicit magr̄ diſ. xvij. tertij. Decuit illū aſſu/
mere ⁊ nobis expediens fuit ad ſatiſfacti
onem. ſ. p nobis pficiendā. Bern̄. Deſcen
dit quantū potuit. ſ. rōnabiliter. Non aūt
aſſumpſit defectus inducentes ad culpā vt
ſunt pnitas ad malū ⁊ difficultas ad bo/
num/ neq̄ etiā defectus penales partiales
cuiuſmodi ſunt diuerſe egritudinū ſpecies
Hoc em̄ non erat nobis expediens. ſic em̄
ſe potius inutilem nobis q̄ vtilem reddi/
diſſet/ ſed generales defectꝰ penales q̄ vicꝫ
reſpiciunt totā naturā hūanam aſſumpſit
ſicut fameſcere: ſitire: algere ⁊ hmōi. Et h̄
ꝓpter tria vt tangit Tho. in. iij. par. q. xiiij
Primo ꝓpter p̄cium nře ſalutis. q̄ꝫ ꝓpoſue/
rat nos redimere ſuo ſanguine. iō oportuit